

NOTIZIARIO DELLA CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA



NUMERO 12

ROMA, 30 OTTOBRE 1970

DOCUMENTI DEL "SYNODUS EPISCO-
PORUM"
pag. 209

15. XI. 1970: GIORNATA PER IL QUO-
TIDIANO CATTOLICO
" 215

MESSAGGIO DEL CARD. PRESIDENTE
PER LA GIORNATA DEL RINGRAZIA-
MENTO
" 217

NOMINE
" 218

RICHIESTA DI INDICAZIONI CIRCA
LA COMMISSIONE DIOCESANA PER LA
ASSISTENZA SOCIALE
" 219

NOTIZIARIO DELLA CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA
a cura della Segreteria Generale

NUMERO 12

30 OTTOBRE 1970

DOCUMENTI DEL "SYNODUS EPISCOPORUM"

Si portano a conoscenza dell'Episcopato i seguenti documenti indirizzati al Cardinale Presidente dal Segretario del Sinodo..

SYNODUS EPISCOPORUM - PROT. N. 771/70 - E CIVITATE VATICANA, DIE 1.VII.1970

Venerabilis Frater,

Summus Pontifex prae oculis habens varios fructus qui provenerunt hucusque e laboribus Synodi Episcoporum convocationem novi coetus generalis Synodi statuit.

Consideratis plurimis colloquiis habitis cum Episcopis aliisque Ecclesiae Membris, perspectis multiplicibus litteris et documentis a variis Conferentiis Episcopisque ad Summum Pontificem transmissis, attentis pluribus animadversionibus et desideriis Sanctae Sedi exhibitis, Beatissimus Pater se legit unum ex argumentis pro proximo Synodi Coetu, ratione etiam habita ponderis huius argumenti, considerationem nempe sacerdotii ministerialis, prout a generalibus Sanctae Ecclesiae normis et legibus iure definitum est, atque attentis hodiernae vitae Ecclesiae adiunctis.

Cum vero, praeter commemoratum argumentum de sacerdotio ministeriali,

opportunum videatur quaedam alia quoque pertractare, quae peculiaris momenti sint et instantem praebant necessitatem quoad Ecclesiae vivendi modum nostro hoc tempore, Beatissimo Patri gratum erit in hisce seligendis quaestionibus, consilia sententiasque accipere, quae sive ab Orientalium Ecclesiarum Synodis sive ab Episcopalibus Conferentiis Ipsi patefiant. Ut res in indicandis quaestionibus facilior evadat, aliqua criteria suggestur iuxta quae haec selectio fieri potest.

Imprimis criterium universalitatis prae oculis habeatur ita, ut coetus Synodi ea problemata examinet, quae ex exigentia totius Ecclesiae oriuntur. Deinde criterium virtualis efficientiae aestimetur, quo res in causis potius quam in effectibus respiciuntur. Quod ad obiectum attinet, eligi potest thema spectans ad vitam internam Ecclesiae vel potius ad aliquam quaestionem de animatione christiana in ordine temporali. Prioritas attendi potest etiam ratione necessitatis, difficultatis vel urgentiae. Magni momenti est aspectus pastoralis argumenti proponendi, quod in doctrina simul et experientia innititur. Perspicitur tandem relatio quaestionis propositae ad Concilium Vaticanum II, ut sit eius veluti explicatio et applicatio.

His criteriis consideratis, quaestiones paucae potius proponentur tamen cum aliqua earum expositione et indicatis rationibus ob quas afferuntur.

Quapropter, e mandato Summi Pontificis, rogo Te, Venerabilis Frater, ut ante diem 10 septembris has quaestiones Secretariatu Generali Synodi indicare velis, antea habitis consiliis cum Membris Synodi Ecclesiae Orientalis Conferentiaeque Episcopalis, modis quos, hoc brevi temporis spatio, opportunos iudicaveris.

Quae dum Tecum communica, omnia fausta Tibi a Deo adprecor, atque, quae par est, reverentia me profiteor

Tibi addictissimum

+ LADISLAUS RUBIN, Secr. Gen.

SYNODUS EPISCOPORUM - PROT. N. 916/70 - E CIVITATE VATICANA, DIE 25. VIII. 1970

Venerabilis Frater,

Praesentibus litteris transmitto informationes de laboribus primae sessionis Consilii Secretariae Generalis Synodi Episcoporum.

Brevi tempore post Synodi conclusionem Summus Pontifex constituit hoc Consilium quod mense maius, diebus nempe 12 ad 15, suam primam sessionem habuit. Sessio haec tria argumenta sibi agenda habuit:

1.- Consultationem circa ea quae pertinent ad recognitionem Ordinis ("Regolamento") Secretariae Generalis Synodi.

2.- Informationes atque consultationem quod attinet ad exsecutionem votorum quae in primo Extraordinario Coetu Synodi prolata sunt.

3.- De his, quae pertinent ad praeparationem proximi Coetus Synodi.

Ad 1. Quod ad recognitionem Ordinis ("Regolamento") Secretariae Generalis Synodi attinet, post amplam disceptationem, in qua variae opiniones et propensiones prolatae fuerunt, textus definitivus a Sodalibus Consilii approbatus et deinde Summo Pontifici transmissus est. Qui textus, si approbatus fuerit a Summo Pontifice, omnibus quorum interest, notificabitur.

Ad 2. Consultatio circa exsecutionem votorum, quae in primo Extraordinario Coetu Synodi prolata sunt.

Consilium Secretariatus Synodi per partes, iuxta rationem seu divisionem in ipso Coetu servatam, de his argumentis disceptabat.

A) Quod ad partem doctrinalem attinet, hoc propositum acceptum fuit:

"Ut arcte manifestetur coniunctio Theologorum et Pastorum Ecclesiae in studio de Synodi voto circa ulteriore investigationem de principio collegialitatis opportunum videtur, ut aliqua Membra Commissionis Theologicae, quae hoc studium perficiant, tempore opportuno, Consilio Episcoporum Secretariatus Generalis Synodi referant. In votis etiam est, ut fructus laboris manifestetur Consilio Secretariatus ut deinde Relatio fieri possit de eadem re Synodo Episcoporum".

B) Altera pars respiciebat arctiorem coniunctionem Episcoporum Conferentias inter et Sedem Apostolicam.

In hac parte propositiones Synodi in tribus capitibus continentur.

Primum caput respiciebat principium subsidiaritatis tamquam fundatum relationum inter singulas auctoritates in Ecclesia. Etiam in hac materia fuit disceptatio de aliquo ulteriori studio materiae sub aspectu theologico, coniuncto cum principio collegialitatis. Sodalibus Consilii visum est opportunum hoc quoque studium Commissioni Theologicae committere.

Quod attinet ad aspectum iuridicum et pastoralem huius principii, communis sententia Sodalium erat quod principium subsidiaritatis iam in laboribus Pont. Commissionis C. I. C. recognoscendo applicatur atque in decisionibus Summi Pontificis in regimine Ecclesiae Universalis incessanter manifestatur.

Aliud caput propositionum respiciebat varias rationes fovendi coniunctionem Sedem Apostolicam inter et Ecclesiarum Orientalium Synodos et Conferentias Episcoporum.

Sodales Consilii discussionem fecerunt de modis, quibus mutuae informationes communicentur inter Sedem Apostolicam et Synodos Ecclesiarum Orientalium Episcoporumque Conferentias. Cum hoc tempore sint difficultates prac-

ticae speciale Commentarium vel Ephemerides edendi, valde opportunum videbatur Sodalibus ut diarium "L'Osservatore Romano", in variis linguis editum, inserviret ad transmittenda principalia documenta Ecclesiarum Orientalium et Episcoporum Conferentiarum.

In votis Consilii Secretariatus Synodi est, ut Synodi Ecclesiarum Orientalium et Episcoporum Conferentiae acta principalia mittant Secretaria tui Synodi qui curabit, consiliis initis cum competente Dicasterio Apostolicae Sedis, ut tempore opportuno haec acta edantur.

Cum tamen organa, quae relationes inter Sanctam Sedem et Conferentias Episcopales et Synodos Ecclesiarum Orientalium curant, sint - pro sua quaeque competentia - S. Congregatio pro Episcopis, S. Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus et S. Congregatio pro Gentium Evangelizatione, iuxta proxim vigentem, acta illa ad has Congregationes mittantur.

Quoad divulgationem notitiarum a Sancta Sede, Sodalibus Consilii opportunum videbatur, ut organum Sanctae Sedis ad hoc institutum. Pontificium Consilium Instrumentis Communicationis Socialis Praepositum videlicet, oportunos modos coniunctionis cum Conferentiis Episcoporum inducat.

Relate ad hoc votum, de communicationibus variorum documentorum ab ipsa Sancta Sede promulgandorum, a Secretaria Status quaedam dispositiones prolatae sunt quas Tecum litteris Prot. N. 740/70, die 7 iulii datis, communicavi.

C.) Tertia pars votorum primi Extraordinarii Coetus Synodi respiciebat ipsam Synodum eiusque Secretariam Generalem.

Sub hoc respectu principalis decisio Summi Pontificis fuit constitutio Consilii Secretariae Synodi de quo modo dictum est.

Ipsum Consilium, in sua prima sessione, animadversiones fecit circa alia proposita seu vota primi Extraordinarii Coetus, Synodum spectantias.

1.- Circa participationem Secretariatus Synodi in laboribus respicientibus exsecutionem votorum Synodi, Consilium putat opportunum esse ut Secretarius Synodi sive per Secretarium Generalem sive per Sodales eiusdem Consilii frequenter contingat Dicasteria Curiae Romanae aliaque Organa, quae, e mandato Summi Pontificis, proposita Synodi exsequuntur.

2.- De peritis in votis Consilii est, ut admittantur ad labores Synodi iuxta necessitatem eorum adiutorium adhibendi. Formula, ut sint tamquam Adiutores Secretarii Specialis generaliter placet. Commendatur, ut fiat studium de criteriis iuxta quae seligendi sunt.

3.- Circa votum de proponendis argumentis ex parte Synodorum Ecclesiarum Orientalium et Conferentiarum Episcoporum, sententia maioritatis Sodalium fuit, ut praeprimis interrogarentur Synodi Ecclesiarum Orientalium et Conferentiae Episcopales de quaestionibus, quae aestimant in Synodo tractandas esse.

Hac in materia notare oportet quod Summo Pontifici competit plena libertas de argumentis in Synodo disceptandis decidendi, et potest illa argumenta in quovis momento statuere. Quapropter, ut iam Tibi in litteris Prot. N. 711/70, die 1 iulii datis, notum feci, Beatissimus Pater selegit pro proximo Coetu generali Synodi unum ex argumentis, considerationem nempe de sacerdotio ministeriali.

Consilium Secretariae Generalis Synodi, in praedicta prima sessione mensa maii habita, consultationem quandam peregit circa praeparationem proximi Coetus Synodi. Sub hoc aspectu a quibusdam Sodalibus Consilii indicata fuerunt quaedam argumenta, quae proximo Coetu Synodi proponi posse videbantur, et nempe:

1. De sacerdotio ministeriali.
2. De iustitia internationali.
3. De Fide christiana alenda in Ecclesia et communicanda cum mundo hodierno.
4. De pastorali aspectu Sacramentorum.

Consilio valde utile videbatur, ut in litteris a Secretariatu Synodi ad Synodos Ecclesiarum Orientalium et ad Conferentias Episcoporum mitteret indicarentur quaedam criteria iuxta quae quaestiones pro proximo Coetu Synodi proponendae essent. In decursu laborum Consilii varia criteria indicata sunt, intra quae principalia haec sunt quae sequuntur:

1.- Imprimis, criterium universalitatis: nam si in toto mundo exsurgit exigentia alicuius thematis, facilior evadit universalis participatio. Ceterum Coetus Synodi problemata tangit totius Ecclesiae. Nihilominus non est necessarium quod eodem modo in quacumque regione sentiatur. Problema hodie agitari potest amplius in una regione; cras fortasse erit in alia, ratione rapidae communicationis.

2.- Etiam criterium virtualis efficientiae aestimari debet. Melius est agere de causis quam effectibus. Sunt quaedam argumenta, quae radicitus vitam Ecclesiae respiciunt, quia in nuce continent solutiones aliorum problematum.

3.- Si de obiecto agitur, quaestio ponitur utrum melius eligatur argumentum respiciens vitam internam Ecclesiae (seu domesticam), an potius aliquod thema animationis christiana ordinis temporalis, de humana promotione (v. g. iustitia, pax, populorum progressio). Ista quoestiones hodie respondent iuvenum expectationi et exigentiis totius humanitatis. Generatim Patres Consilii utilitatem protulerunt de seligendo dupli argumento quod dupli exigentiae respondeat.

4.- Attendatur prioritas ratione necessitatis, difficultatis et urgentiae, quia hoc requiritur ex ordine caritatis. Si quod problema urget in Ecclesia, statim, si possibile, provideatur. In hoc casu vitetur tamen periculum nimiae celeritatis in studio faciendo et illusio expectandi a Synodo immediatam solutionem totius difficultatis.

5.- Aspectus sit igitur pastoralis, ideoque positivus et constructivus, non abstractus sed concretus, potius de personis earumque missione, quam de rebus et de institutis, non empiricus tantum, sed semper in doctrina et experientia fundatus.

6.- Thēma connexionem exhibeat cum Concilio Vaticano II, cuius sit veluti explicatio et applicatio.

D) Tota præparatio proximi Coetus Synodi facienda est iuxta sequentem ordinem:

1.- Cum statutum sit a Summo Pontifice argumentum de sacerdotio ministeriali, nunc propositiones facienda sunt a Synodis Ecclesiarum Orientalium et a Conferentiis Episcoporum de aliis quaestionibus, quae peculiaris momenti sint et instantem præbeant necessitatem quoad Ecclesiae vivendi modum nostro hoc tempore.

2.- Consideratio fit a Consilio Secretariae Generalis Synodi circa illa proposita et animadversiones a Synodis Ecclesiarum Orientalium et a Conferentiis Episcoporum transmissa Exitus considerationis Summo Pontifici a Consilio Secretariae Synodi submittitur.

3.- Summus Pontifex statuit illa argumenta, praeter considerationem de sacerdotio ministeriali, pertractanda.

4.- Incipit præparatio immediata proximi Coetus Synodi ex parte Secretariatus Synodi et organorum a Summo Pontifice indicatorum.

Circa modum præparationis proximi Coetus Synodi etiam factae sunt a Sodalibus Consilii variae propositiones. Quidem Sodales putant, quod opportuna præparatio argumenti requirit, ut non solum Episcopi, sed etiam, pro parte sua, presbyteri et laici de themate proposito consilia præbere possint.

Alii Sodales Consilii indicant esse valde utile, ut præparetur aliquis conspectus generalis problematum, quae hodie in Ecclesia modo particulari manifestantur ita, ut habeatur aliquod "panorama" totuis vitae Ecclesiae. Hoc "panorama" debet præsentari Synoda, ut videatur bene tota vita Ecclesiae et discernatur quid sid factum et quid faciendum, quid urgeat, quid maximi momenti etc.

Praeterea fuerunt a Consilio tractatae quaestiones de ipso modo Synodi celebrandæ.

Omnibus visum est valde utile, ut congruum tempus dicetur ad conclusiones uniuscuiusque Coetus Synodi exarandas, ita nempe ut Episcopi, qui Synodo interfuerint, etiam modorum expensioni intersint et aliquod documentum immediate post Synodum omnibus Episcopis mitti possit.

Multum disceptabatur de laboribus in circulis minoribus.

Generatim Sodales Consilii affirmant praxim discutiendi in circulis minoribus optimam esse. In votis tamen erant quaedam animadversionses ad meliorem reddendam operam in circulis minoribus, praesertim, ut Relatio de disceptatione peracta in circulis esset accuratior quoad varias opiniones expressas.

Aliae animadversionses Sodalium Consilii respiciebant methodum praeparationis argumentorum, quae in Synodo tractanda sunt. Proinde suggerebant ut schema praeparatum adhiberetur ut fundamentum discussionum, et Relatio a Relatore facta non discreparet a schemate.

Alii putant materiam praesentatam in schemate esse debere bene determinatam, non ita tamen ut iam solutio delinearetur, sed ut potius de solutione inquireretur.

Consilium quasi unanimiter admittebat necessitatem melioris informationis pro omnibus Episcopis de activitate Synodi. Ideoque optabant, aliquo modo ederentur documenta a Secretariatu Synodi confecta.

Rogo Te, Venerabilis Frater, ut has informationes transmittere velis omnibus Episcopis - Sodalibus Synodi Ecclesiae Orientalis vel Conferentiae Episcoporum cui praees.

Quae dum Tecum communica, omnia fausta Tibi a Deo adprecor, atque, quia par est reverentia, me profiteor

Tibi addictissimum

+ LADISLAUS RUBIN, Secr. Gen.

15. XI. 1970: GIORNATA PER IL QUOTIDIANO CATTOLICO

Lettera circolare n. 2147/70 del 18.X.1970 ai Membri della C.E.I.

Venerabili Confratelli,

il Consiglio di Presidenza della C.E.I., nella sua ultima riunione, ha ritenuto opportuno indire, come per gli scorsi anni, nella terza domenica di novembre, la "Giornata per il Quotidiano Cattolico".

L'iniziativa e' rivolta anzitutto alle Diocesi, nel cui ambito si attua la diffusione dei quotidiani cattolici; ma vuol essere anche per le altre comunità diocesane, un'occasione per riflettere sull'importanza di que-

sto mezzo di comunicazione sociale.

La stampa cattolica infatti costituisce uno strumento non solo di informazione, ma soprattutto di formazione: capace di proporre un'esposizione degli avvenimenti, che permetta di coglierli nella loro realta' oggettiva, di leggerli alla luce della fede, e di presentare prospettive cristiane efficaci in vista della soluzione dei grandi problemi umani.

La presenza di una voce e di un'udienza valida si fa particolarmente urgente quando si affrontano problemi vitali (la recente discussione sul divorzio ne e' un esempio molto significativo), che richiedano un forte contributo di chiarificazione, perche' ognuno sia in grado di assumere conscientemente la propria responsabilita'.

Senza tale voce la Chiesa non puo' "gridare sui tetti" cio' che il Signore dice nei cuori (cfr. Mt 10,27).

La stampa dei cattolici ha perciò bisogno, da parte di tutti, del sostegno che si esprime con l'apprezzamento cordiale, la comprensione delle difficolta', il suggerimento fraterno e stimolante, perche' le prestazioni rispondano sempre meglio al grande ruolo che sono chiamate a realizzare; e anche con l'abbonamento o altra forma di generosa collaborazione: senza tale adesione, senza il piccolo aiuto concreto, possibile a ognuno, questa voce e' destinata inevitabilmente a spegnersi.

L'attenzione e' richiamata particolarmente al quotidiano "Avvenire", sulla cui insostituibile presenza nel delicato tessuto della Chiesa italiana ha ripetutamente insistito il S. Padre, con parole di cordiale e premuroso interessamento.

Non si puo' non riconoscere, a merito di quanti vi lavorano con intelligente impegno e generosa dedizione, che l'"Avvenire", pur tra immense difficoltà, ha realizzato apprezzabili miglioramenti nei suoi servizi, specialmente nel settore religioso e formativo; ed e' aperto a ogni svolgimento, se continuera' ad essere affiancato dalla nostra solidarieta'.

La "Giornata per il Quotidiano Cattolico" puo' segnare un ulteriore, efficace passo in questa direzione.

Cordialmente, nel Signore

+ ANTONIO CARD. POMA

Presidente

**MESSAGGIO DEL CARD. PRESIDENTE PER LA
GIORNATA DEL RINGRAZIAMENTO**

Nella "Giornata del Ringraziamento", i lavoratori dei campi esprimono con pubbliche preghiere la riconoscenza a Dio per il raccolto della terra e implorano la sua benedizione per i lavori della nuova annata.

Questa testimonianza di fede, che intende raggiungere ogni parrocchia rurale, e raccogliere in fraterna comunione i Coltivatori Diretti e quanti si dedicano al settore dell'agricoltura, offre al lavoratore dei campi la occasione di riflettere sul legame di vita e di amore che lo unisce a Dio, e di esprimere la fiducia che, nei rischi e nelle difficolta' proprie della sua professione, non sara' mai abbandonato dalla Divina Provvidenza.

Questa "Giornata" e' un invito a ricordare che la terra e' un dono insauribile del Signore, dato all'uomo perche' con l'ingegno e l'esperienza scopra e metta a servizio della comunita' le ricchezze in essa provvidenzialmente riposte.

L'agricoltore e' giustamente consapevole del servizio insostituibile che col suo lavoro egli rende alla societa', assicurando la produzione di beni di primaria importanza, stimolando varie attivita' nel campo dell'industria e del commercio: ad essi chiede crescenti beni e servizi, al tempo stesso in cui offre materie prime per la trasformazione e la distribuzione.

I rapporti tra agricoltura, industria e commercio, come pure quelli tra mondo rurale e mondo urbano, tendono sempre piu' a svilupparsi. E a nessuno, che penetri il significato della "Giornata del Ringraziamento", sfuggira' l'importanza che tali rapporti siano ispirati alla comprensione e solidarieta' reciproca.

Ne deve sfuggire la consapevolezza delle difficolta' in cui si dibattono molti agricoltori italiani, e delle disparita' ancora esistenti tra il settore agricolo e altri settori, come tra le regioni agricole e quelle industrializzate. Situazioni, queste, che costringono numerose famiglie a vivere in condizioni disagiate o a trovare una via d'uscita nell'emigrazione.

E' auspicabile che sia sempre viva, sensibile e fattiva l'attenzione dei poteri pubblici per i problemi del settore agricolo-rurale; e, al tempo stesso, e' da augurare che tutta la comunita' italiana, consapevole dell'apporto che l'agricoltura da' al bene comune e allo sviluppo del paese, ne comprenda e sostenga i diritti.

Nella "Giornata del Ringraziamento", i Vescovi italiani uniscono la loro preghiera a quella degli agricoltori; e invocano sulle loro famiglie, sulle loro associazioni, sul loro lavoro, la Benedizione di Dio.

+ ANTONIO Card. POMA

Presidente della Conferenza Episcopale Italiana

Roma, 18 ottobre 1970

N O M I N E

Per mandato del Consiglio di Presidenza e a norma dell'art. 19/d dello Statuto C.E.I. il Cardinale Presidente ha proceduto alle seguenti nomine, con scadenza al 30 giugno 1973:

Mons. GIUSEPPE CASALE, dell'Archidiocesi di Trani, confermato Consulente Ecclesiastico Nazionale dell'Associazione Cristiana Artigiani Italiani (A.C.A.I.).

Mons. TINO MARCHI, del Patriarcato di Venezia, confermato Presidente della Federazione Nazionale del Clero Italiano (F.A.C.I.) e dell'Istituto Fides (triennio 1970-1973).

Mons. ANTONIO TURRI, dell'Archidiocesi di Milano, confermato Vice Presidente della F.A.C.I. (triennio 1970-1973).

Dott. TOMASO SEU, confermato Presidente Nazionale del Movimento Maestri di Azione Cattolica Italiana..

Dott. ROMOLO PIETROBELLI, nominato Presidente Nazionale del Movimento Laureati di Azione Cattolica Italiana.

* * *

**RICHIESTA DI INDICAZIONI CIRCA LA
COMMISSIONE DIOCESANA PER L'ASSISTENZA SOCIALE**

In data 18 febbraio 1970 si trasmetteva ai Vescovi copia di una lettera della Segreteria di Stato, con la quale si dava mandato alla Presidenza della C.E.L. di procedere alla necessaria ed indilazionabile qualificazione dei vari tipi di istituti assistenziali dipendenti da istituzioni ecclesiastiche.

Si inviava inoltre copia del "Regolamento delle Commissioni e delle Consulte per l'assistenza sociale", organi responsabili e preposti alla realizzazione di questo compito (cfr. anche "Notiziario" 1970, n. 2, pag. 26).

In detto regolamento e' prevista *la Commissione diocesana per l'assistenza*; ed al n. 7 del medesimo si propone che sia formata da 5 membri così distribuiti: sacerdote (diocesano o religioso), assistente sociale, sanitario, esperto di amministrazione ed un altro elemento secondo le esigenze locali.

E' da ritenere che le Commissioni diocesane siano state già costituite; si pregano pertanto i Vescovi di voler cortesemente comunicare i nominativi delle persone chiamate a farne parte, utilizzando il modulo inserito in questo numero del "Notiziario". Sembra infatti più pratico - per evitare di arrecare ulteriore disturbo ai Vescovi - inviare direttamente alla Commissione (o alla persona incaricata di presiederla e di svolgervi i compiti di segreteria) le schede preparate per la rilevazione degli istituti educativo-assistenziali esistenti in ciascuna diocesi.

Qualora invece la Commissione non fosse stata ancora costituita, si prega affrettarne la realizzazione, avvalendosi della esperienza e dell'appalto di persone qualificate, le quali possono essere facilmente reperite nell'ambito degli organismi cattolici competenti, quale la FIRAS, l'UNEBA, ed ove fosse possibile, anche la CISL.

In questo modo si potranno tradurre in atto le disposizioni sopra accennate della Segreteria di Stato ed affrontare un problema pastorale urgente e delicato.

COMMISSIONE DIOCESANA PER L'ASSISTENZA SOCIALE

Diocesi di

Membri: 1. Qualifica

2. "

3. "

4. "

5. "

Recapito della Commissione

Via N.
c.a.p. - (.....)

